

A
8



caja 2 A=9 C=5

caja
CINISA 5

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA	
— GRANADA —	
Serie	caja 2
Estante	
Número	8

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, which is mostly illegible due to fading.

COPIES
of

COPIES
of

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely from the 18th or 19th century. The text is mostly obscured by fading and bleed-through from the reverse side of the page.]



PROPOSITIONES HISTORIALES, ET THEOLOGICAE RECITATIVE PROPOSITAE.



- P**OST damnatas hæreses Arrij, & Macedonij in Concilio Niceno, & Constantinopolitano, anno 431. congregatur Synodus Ephesina. Nestorius, vt Deum hominem denegaret, sordes, & superflua purgamenta corporum exaggerabat: constat ex editione Concilij Ephesini, anno 1618. opera Bini pag. 215. in relatione Synodi, & pag. 401. ex Cyrillo ad Theodosium. Omnem dedecoris notam adimit visceribus Mariæ Proclus ibidem. pag. 6. 7. Pag. 195. legitur, & probatur in synodo illud Theophili. *In vultu abiectione luto artis sue magnitudinem declarauit.* similia habentur pag. 377. Theodotus in sermone synodali approbato à synodo, & Cyrillo, pag. 388. negat indecentias in corpore Christi, & matris. Idem in alio sermone synodali de Natali Iesu. *Ad sciuit sibi tanquam sua quedam inferiora, non omnia ea scilicet, quæ consequuntur peccatum.* Ibidem. *Non illum spectes postquam offendit, sed illam diuinam imaginis nobilitatem ante legis transgressionem aestimes velim,* ibidem: *In quibusdam seruilibus cum seruo communicat,* non in omnibus; scilicet in sordibus consequentibus peccatum, quas amplificabat Nestorius. Sic pro corpore Deiparæ multi cum Suar. om. 2. disp. 3. lect. 5. ratione 8.
- Anno 451. Concilium Calced. pag. 11 iuxta editionem Bini, ait: *In Christo sensus corporei vixebant sine lege peccati.* Pag. 137. in exemplari expositionis falsati symboli præponitur natura humana Christi etiam in perfectionibus corporeis Adamo ante peccatum. Pag. 162. in epistola synodica Leonis. *Natus est Deus totus in suis; totus in nostris. Nostra autem dicimus quæ in nobis ab initio creator condidit, & quæ reparandæ suscepit; nam illa quæ deceptor intulit, & homo deceptus admisit nullum habuere in Salvatore vestigium.* Pag. 346. *In se ipso nostræ naturæ probauit primitias.* Alia lectio. *Naturæ ostendit initia.* Similia habentur pag. 382. Similia sunt in Leontio act. 10. Abucara infr., & alijs.
- Anno 680. & 681. sexta synodus generalis iuxta editionem Bini, pag. 119. 123. 184. 219. solum admittit in corpore Christi mortales passiones irreprehensibiles, & non dimanantes à contagio primæui delicti. Eadem habentur pag. 97. ex Cyrillo vbi duntaxat secundum quod, Deum decebāt passiones in Christi corpore conceduntur. Pag. 144. statuit synodus naturam humanam à Christo assumptam qualis fuerat in Adamo ante peccatum: & additur nullum contagium vitiatæ naturæ expertum Iesum in corpore scilicet quoad intrinsecam constitutionem. Pag. 102. Dicitur ex S. Ephremio Patriarcha Antiocheno: *In natura humana ultra naturam operabatur Christus.*
- Anno 692. Ducenti & viginti septem Episcopi in Trullana synodo can. 79. negant secundinas in partu Virginis, & prohibent eorum festum, quia id non est honor Deiparæ. Si membranæ illæ aliquandiu fuissent non vetaretur solemnitas festiua pro ipsis, cum Ecclesia Græca die duodecima Aprilis; & trigesima prima Augusti; & vigesima sexta Decembris pro zona Deiparæ; die autem secunda Iulij pro vestimentis ipsius sollemnes festiuitates instituerit. De secundina pro sudore, & de alia pro vrina Scholastici Doctores credunt non futuras in paradyso, quia ab eo statu, & sudor, & vrina abesse deberent.
- Anno 1097. Anselm. episc. ad Episc. Angl. docet Mariæ corpus rationali anima instructum fuisse octaua Decembris die, vt communiter exponitur à Doctoribus cum Vincentio de Castronouo, ratione 10 chartæ 83. impressionis anni 1502. Cantuariense Concilium, Baccon, Argentina, Capreolus, Palud. & Breuiarium Hispal. Cordub. Segou. Carthagin. Placentin. Vicense apud Salaçar cap. 35. num. 30. Anselmum nominant legitimum huius epistolæ scriptorem. In statu originariæ iustitiæ sic humani fœtus ex defectu resistentis materię, & præstantia facultatum velocius animarentur.
- Anno 1175. Mauritius Episc. festum illibati conceptus in Academia Paris. vetat. ex Antistodor. 3. summa tract. 1. cap. 3. Castronouo supra c. 20. Ideo pro solis Academicis actibus, & lectionibus communiter affirmatiua opinio præualebat, vt Mauritij decreto satisficeret. Extra Academicos actus, & lectiones iisdem Doctoribus negatiua opinionem tuebantur. Propter eam D. Thom. Bona. Alb. Palud. Heru. & alij variè, & contrariè de hac thesi scribere potuerunt. Aponte in 1. Sapientiæ digress. 2. probat absque mendacio grauissimos Doctores aliud scripsisse quam senserint aliquando.
- Anno 1296. Lullus, & Scotus commentarijs, tractatibus, & disputationibus Parisiensem, & Coloniensem Academiam ad negatiua sententiam adducunt: ex Cabel. ad finem 3. sentent. Scoti, edit. Antwerp. in rotario Virg. Hinc, & tunc dissidia de hac thesi germinarunt.
- Anno 1314. Dom. Catalonia ex Castronouo cap. 23. Anno 1348. Dom. à Môtelporum ex Amb. Gozreo, & alij aciora opuscula, & sermones contra opinionem negatiua euulgant.
- Anno 1370. prædeunt reuelationes sanctæ Brigittæ in fauorem opinionis negatiuæ lib. 1. cap. 9. lib. 5. cap. 4. lib. 6. cap. 49. Probantur ab Urbano 5. Bonif. 8. Martin. 5. & alijs. Contemnuntur à Castronouo, Bartholomæo Sybila, Caiet. & nonnullis immerito. Propter cap. 17. & 18. tertij libri acrius impugnabantur.
- Anno 1389. tutores opinionis affirmatiuæ resistunt Episcopis, & Principibus Anglis silentium indicentibus. Ea contra ipsos fulminantur, & fiunt quæ refert Valsingamus eodem anno.
- Anno 1390. sub nomine sanctæ Catharinæ Senensis prodit reuelatio contra sententiã negatiua. Inuentores nominat Catharinus lib. 3. de hac controuersia. Legendus Gerson de examin. Doctr. confid. 1.
- Anno 1394. edicatur à Ioanne Rege Aragoniæ exilium pro sedandis scandalis contra tutores affirmatiuæ. Ex Pineda in aduert. Salaçar prol. ad Phil. & pag. 435. iam anno 1383. Academia Parisiensis iuramentum instituerat contra opinionem affirmatiua.

*A num. 1. usque ad sextum exclusiue pro tenis hinc claudens
Annum. sexto usque ad quadragessimam sextum exclusiue pagina. 23.
horum circa op. controuersiam de conceptione virginis.*

Annno

- 13 Anno 1403. Ioannes Montefoanus retractare cogitur ab Academ. Paris. censuras aduersus opinionem negatiuam. Procurator generalis familiae interposuit appellationem ad sanctam Sedem; quae primam firmat sententiam. Processus habetur in fine Magistri sententiarum, ubi latissime proponitur iudicium Acad. Paris. circa valore authoritatis D. Tho. Eodem anno punit Innoc. alium predicantem opinionem affirmatiuam. Ex Gaguin. lib. 9
- 14 Anno 1405. tutores affirmatiuae eo insigniuntur nomine in Gallia, de quo Gaguinus in Car. 6.
- 15 Anno 1414. Dom. Ioannis c. 22. 23. 26. haeresim Pelagianam appellat opinionem negatiuam: ex Castronouo cap. 23. Simili ardore plura tunc opuscula, & sermones pullulabant.
- 16 Anno 1415. Iacob. Sufatus, ex Leand. Alb. lib. 4. opinionem negatiuam simili tractatu exagitat. Anno 1436. Ioannes de Montenigro simile aliud opusculum euulgar, quod gloriosum nominat Castronouo supra. Plura tunc similia dissidia de quibus Abul. Exod. 23. q. 8. Parad. 1. cap. 21.
- 17 Anno 1451. cōpescuntur scādala opinantiū affirmatiuē per leges Ioannis Regis. Salaçar sup. & pag. 438.
- 18 Anno praedicto Acad. Colon. pro seruanda pace indicit iuramentum de non tenenda ore, aut corde opinione affirmatiua; ex Surio de rebus in orbe gentis.
- 19 Anno 1457. Iacob. Aegid. ex Diago. lib. 1. cap. 37. Anno 1460. Iacob. Catalanus, ex Alf. Fernand. in concert. pag. 375. Anno 1465. Raphael Prouasius, ex Leandro Alb. lib. 4. opinionem negatiuam peculiariibus tractatibus impugnant.
- 20 Anno 1468. Ioan. Turrecrem. opusculum edit contra opinionem negatiuam. Legendum cap. 62 quod etiam Castronouo ad finem sui opusculi transcripsit. Dolet Palacios in 3. dist. 3. disp. 1. amaris verbis ab eo traduci Basileense, & Constanciense Concilium.
- 21 Anno 1470. Thomas Toleranus in Mariali, & in porta paradysi, de quibus Plod. in append. similiter scribit ut Turrecrem. & ut dicitur de Castronouo.
- 22 Anno 1483. Gabriel Bareleta ferm. de hoc festo appellat opinionem negatiuam sicut nonnulli ex praecedentibus crudelem, impiam, nefariam, erroneam. Hunc ardorem alij eo xuo imitantur.
- 23 Anno 1486. Mosen Monerus ea excitat dissidia, & sustinet exilia pro opinione affirmatiua, de quibus Pineda, & Cabel. supra.
- 24 Anno 1490. Hieron. Albertutius Elenchum Doctorum euulgar contra opinionem negatiuam, de quo Plodius lib. 3. excedit ut Castronouo infra.
- 25 Anno 1492. euulgatur horribilis, & falsa reuelatio contra tutores opinionis negatiuae: habetur impressa ad finem opusculi Castronoui, edit. ann. 1502.
- 26 Anno 1494. Vigandus contra opinionem negatiuam tumultus excitat. Omnes Germaniae Ordines, Principes, & Praelati aduersus illum conspirant. Ex Tritem. in Chron.
- 27 Anno 1499. Ioannes Veri abiurare cogitur praedicata aduersus opinionem negatiuam. Cordub. lib. 1. quaest. 44. & late Salaçar pag. 439.
- 28 Anno 1501. Mogantina, Valentina, & Vrsanenſis Academia compescunt tumultus contra opinionem negatiuam in dicto iuramento de non tenenda affirmatiua. Ex Surio. & Cab. supra; & Salaçar latissimē.
- 29 Anno 1502. imprimitur Ferrariæ disputatio Vincentij de Castronouo contra opinionem negatiuam quae haereticam, erroneam, impiam nominat: & suum opusculum, ex superioribus compilatum gladium sanctum nominat. Omnia fere testimonia efficacia quae opponit, aut ficta sunt, aut truncata, aut addita: ex Salaçar c. 41. 42. & Cabel. supra; & Aegidio a praesentatione, tomo de Praeseruatione. Similes huic tractatus aliqui relati.
- 30 Anno 1507. Franc. Ferrariensis ait iuxta doctrinam Angelici Doctoris opinionem negatiuam esse erroneam. Ex Catharino supra editionis Lugdun. pag. 11. Sic nonnulli xuo illo ardebant.
- 31 Anno 1509. propter horrendas machinationes contra opinionem negatiuam degradantur, & igni mandantur illi, quos referunt Surius, & Cabelus supra ex Delrio.
- 32 Anno 1513. Thomas Vio edit. opusculum contra opinionem negatiuam. Cabellus supra oblatum, ait Paulo 5. libellum probantem singulas allegationes opusculi esse vitiatas. Assentitur Aegidius supra qui non debuit propterea toties eundem Vio falsarium nominare. Retraetat Vio opinionem in Psalm. 32. vers. 2. & 14. edit. Venetae anno 1611.
- 33 Anno 1517. Vincentius Casalius simile opusculum edit. cuius meminit Michael Pius lib. 3.
- 34 Anno 1519. Barthol. Spina tract. de hac thesi, & in alio de vniuersali corruptione generis humani saepe appellat negatiuam sententiam repugnantem fidei Catholicae: ideo ipsum reprehendit Valent. 3. p. disp. 2. quaest. 1. puncto 2.
- 35 Anno 1524. Manuale Ordinis Praedicatorum opinionem affirmatiuam prohibet sustineri, eamque appellat valde scandalosam, & contra totius fere Ecclesiae sensum; ex Granados, Ojeda, & alijs apud Cabel. supra. Ab hoc anno illustriores ex eo gremio subscripserunt negatiuae opinioni. Pius 5. Ludou. Beltran, Granatensis, Soto, Catharinus, Viguerius, & alij qui in catenis referuntur.
- 36 Anno 1527. Nicolaus Finali in monili Christi, & matris cuius meminit Plodius lib. 4. negatiuam sententiam impugnat iuxta stylum Castronoui.
- 37 Anno 1535. Arnaldus Bellouisi similem tractatum edit. ex Diago. lib. 2. cap. 31.
- 38 Anno 1542. Catharinus Lugduni edit. libros pro opinioe negatiua. Pag. 6. 7. 8. 48. dolet omnia fere opposita testimonia a tutoribus affirmatiuae fuisse vitiatas: & Thomam Vio synodum Basileensem, ut Synagogam Sathanæ contemnere. Dolet pag. 10. 11. 57. a quibusdam haereticos appellari fautores negatiuae opinionis, & ab eisdem libros prohibitos de hac thesi conseruari. Dolet pag. 12. 49. 65. a Vio nominari praesumptuosas Academias tutrices negatiuae sententiae, & canonizationem sanctae Brigittae suspectam reddi. Gaudet pag. 11. duos grauissimos Doctores ex gremio Thomae Vio opuscula edidisse ad probandum omnes fere illius allegationes contra negatiuam sententiam esse vitiatas. Demum in prologo suorum operum

ad Iulium 3. dolet à Barthol. Spina vocari homines audaces, & vanos Theologos Tridentinos, qui in fauorem negatiuæ sententiæ decretum promulgari curarunt.

39 Anno 1548. Clem. Araneus serm. 15. in fine, & in margine pungit acriter opinionem negatiuam.

40 Anno 1557. Dom. Soto in 5. ad Rom. ait sine publico odio affirmatiuam opinionem non posse defendi.

41 Anno 1563. Cane opera post eius mortem imprimuntur. Lib. 7. cap. 1. & 3. credit, & fudit allegationibus Castronoui, & Caietani. Ait hanc thesim esse de impertinentibus ad fidem; robustissimè eum impugnat supra Catharin. toto libro primo. Hic non semel docet, quæ dicuntur in solutionibus ab Angelico Magistro non sumenda pro indubitatis assertis ipsius, & probat Ojeda cap. 15. §. 4. Ipse Canus lib. 12. c. 4. ait quem locum habere debeant rationes D. Thom. Legendus ibi.

42 Anno 1575. Barthol. Medina 3. p. q. 27. art. 2. Credit, & fudit allegationibus Castronoui, & Vio.

43 Anno 1582. Paulus Grisaldus in decisionibus fidei credit Castronouo, Caiet, & Cano supra.

44 Anno 1592. Remigius Florentinus in editione Antuerpiensi commentariorum D. Thomæ super epistolâ Pauli, propria autoritate abstulit clausulam Angelici Doctoris in 3. ad Galat. quæ in editionibus Parisiensibus, & Venetis reperiebatur, & expressè succurrebat negatiuæ sententiæ atq; ipse oppositam substituit.

45 Anno 1615. & sequentibus pro eadem controuersia tumultuatur Hispania. Quid Doctores, Principes, Antistites, Ordines, Academiæ, vrbes, prouinciæ gesserint calamis, votis, iuramentis, & supplicationibus ad sanctam Sedem contra opinionem affirmatiuam, memoratur à Luca Vadingo in legatione. Ibidem expendantur decreta Pauli 5. & Gregor. 15. contra affirmatiuam opinionem, ne publicè, aut priuatim, voce, aut scripto defendatur in Ecclesia Dei.

46 Anno 1618. Ferdinandus Quirinus tomum edit. de hac thesi, cap. 17. §. 2. & cap. 24. §. 16. de quibusdam principijs in quibus nititur magna pars voluminis, ait nõ dici à se constanter, & assertiuè: sic certum est omnem notam, & censuram abesse procul ab illis scriptis, etiam si principia illa absolutè, & asseueranter dicta grauiorem notam mererentur. Sic fere in tota Philosophia morali Arist. loquitur: & in problematis, & 2. de celo ait sæpè se delectari probabili coniectura. Frequētius utitur, Forte, Videtur Quasi, Est autem ut sit. Cap. 25. num. 9. eximit Ferdinandus Deiparam ab hereditaria labe, quod non habuerit illius effectus, scilicet fœces, sordes, menstrua, secundinas. Idem latissimè persequitur cap. 27. & singulariter cap. 28. num. 6. 7. 10. 13. 15. 17. 21. 24. 25. 26. 28. 30. 32. in quibus iterum sordes, menstrua, secundinas, & alias seruitutes peccati primitiui remouet à Maria, pluribus testimonijs hunc sensum firmans. Eodè anno exhibiti sunt Paulo 5. authores quadraginta octo ex instituto Prædicatorio pro opinione negatiua cum clausulis formalibus. Ex Cabelo, & Vadingo supra.

*Libro
tertio
lucidarij
summa
ne poti
us num.
46. 47.*

47 Anno 1626. quia Bon. cap. Ricard. Herueus, OKam, & alij innumeri in 3. dist. 3. ideo aut Mariam grauât, aut grauata referunt primæuo delicto, quod sustinuerit effectus pœnales corporeos dimanantes à constitutione intrinseca, id circo nonnulli hunc syllogismum digessere in tres sequentes propositiones dispositum.

Prima pro maiori. Corpora humana in prima plantatione ante peccatum non haberent sudorem, rheumata, & saliuas pituitosas, quæ sunt effectus pœnales originariæ labis, ex D. Tho. Bonau. & alijs in 2. dist. 20. sed nobiles tantum humiditates. Consequenter secundina amnios ad seruandum sudorem non cingeret infantes paradysi cum sudor non esset. Similiter quamquam verum esset equas, & vaccas mensuris grauari, quod tamen nonnulli apud Vlysem Aldrobandum negant tra. statu de equo, nihilominus fœminis in statu innocentia non contingerent ex Alb. supra, & communi Doctorum, quia morbosa sunt ex Arist. Similiter abessent tunc à corporibus humanis excrementa crassa, & fœtida, ex Alb. Bon. & alijs supra, & iterum Alb. tra. & 13. sum. Theol. q. 78. & D. Tho. in 3. Genes. Similiter sicut aues nunc bibunt, & vrinam non habent, nec producant, nec emittunt, ita contingere potuit hominibus ante peccatum. Consequenter pro infantibus paradysi non esset tunica allantoides que humorem fetosum excrementitium, idest vrinam conseruat: eadem quippe est materia sudoris, & vrinæ, ex Gal. 10. de simpl. tit. de sudore. Id circo pariter abesse debebant vrina, & sudor facta resolutione materiæ ipsorum nobilioris, & illustrius quam in auiibus. Similiter propter materiam limpidissimam, & maturam sanguinis, & seminis, & vigorem virtutis formatiua multo citius animaretur fœtus rationali spiritu ante peccatum originis, quam nunc quando immaturitas, cruditas, & rebellio humorum ingressum animæ remouantur, ex Oleastro in 3. Gen. Bareleta, & Voragine in serm. de Purif. & alijs. Similiter propter eandem maturitatem nõ haberent motum tardum, & impeditum infantes ante peccatum, ex Anselmo in elucid. Aug. apud Mag. in 2. dist. 20. D. Tho. ibidem ad Annibaldum problematicè, & alijs. Certè cū plura animalia prædita muculis, humoribus, & carnibus specificè, aut individualiter imperfectioribus, celeriter moueantur duobus, aut tribus mensibus post ortum, id negari non debet humanis corporibus ante peccatum, quorum materia in omnibus, & singulis purior, & limpidior, & maturior erat primo die natalis sui, quam reliquorum animalium bi mestrimum, aut trimestrium. Similiter sexus fœmineus non produceretur ex debilitate, aut rebellionem, aut imbecillitate formatiua virtutis, vt nunc, sed ex singulari Dei prouidentia, aut apprehensione, vel electione generantis, ex D. Tho. Bon. Dur. Aegid. & alijs in 2. dist. 20. Similiter non esset pessima bilis superflua in vesica fellis, nec superfluitas melancholica in liene, nec malignæ cruditates, & viscositates in alijs receptaculis, vt communiter fatentur Doctores. De unguibus, capillis, barba, & alijs minoribus, quando, & qua mensura oriri deberent, & ex quibus fontibus nascerentur, coniecturalis vndique controuersia est. Tota pendet decisio à prouidentia, & decretis Creatoris.

Secunda propositio pro minori. Corpora Mariæ, & Iesu illustriora, & perfectiora fuere quàm corpora primorum Parætorum ante peccatum: idest constituta fuere cum perfectionibus, & dotibus intrinsecis dignioribus, & robustioribus, quam quæ fuere in prima plantatione generis humani; nullumque effectum pœnalem sustinuerunt dimanantem à constitutione intrinseca facultatum, & temperamentorum in vindictam originarij delicti: solum illis deerant præsidia arboris vitæ, & custodiæ Angelicæ remouentis omnes molestias foris-

cus illatas. Pro Christo succurrunt allegata Concilia, & Patres: de ipso, & Beata Virg in eo quoad corpus, ve
 simul, vel diuisim, sic docent Ambr. in 8. ad Rom. Alb. in 3. dist. 16. Suar. tom. 1. in 3. p. disp. 32. sect. 2. &
 disp. 34. sect. 1. & lib. 3. de opere sex dierum c. 3. Salazar supra, & innumeri alij, præsertim Castronouo supra
 ratione 16. pag. 92. dicens originem Christi quoad corpus nobiliorem, & puriorē origine Adami. Ratione
 17. tribuit Christo integram originalem iustitiam. Hæc, & alia grauiora sunt pro corpore mortali Iesu in e-
 pist. B. Thomæ Patriarchæ Ierosol. ad hæret. Armen. apud Theodorum Albucaram tom. 1. bibliot. Paris.
 Græcol. anno 1624. col. 397. & sequentibus, dum exponitur fides Calced. Concilij, & pag. 401.

Tertia propositio consequens, ex duabus est ergo in corporibus Mariæ, & Iesu nõ suere sudor aquosus ex-
 crementitius, nec rheuma, nec salina pituitosa, nec secundinæ pro sudore, vel humore seroso, nec menstrua,
 nec excrementa crassa cum fœtore, nec male limata caro, & motus tardus ex cruditate, & immaturitate ma-
 teriæ, nec cæteri effectus pœnales consequentes intrinsecam constitutionem corporum vitiatam pro vindi-
 cta peccati. Plura ex ijs nominatim de alterutro corpore affirmantur. Synodus Trullana negat secundinas
 Christo nascenti. S. Hieronym. Antonin. & alij negant motum tardum trienni Mariæ concedenti celeri-
 ter gradus templi. Caiet. Med. Suarius negant sudorem aquosum excrementitium Christo. Anselmus supra
 velociorem animationem Mariæ tribuit, octaua scilicet decembris die, iuxta ritum futurum in paradyso: &
 plura ex ijs consequentia dicuntur ab authoribus allegatis in catenis.

Hæ tres propositiones syllogismi recitatiuæ, dubiæ, & sub hypothesi propositi supponunt aliam ex Alb. in
 1. dist. 19. & in 3. dist. 16. Vinc. lib. 2. speculi naturalis cap. 97. & lib. 3. c. 78. & lib. 3. spec. mor. p. 3. dist. 11.
 Alvarez 6. de auxilijs disp. 45. & 47. Palacios in 2. dist. 20. disp. 1. Suar. 3. de opere sex dierum c. 20. Salazar
 supra c. 22. & innumeri alijs dicentibus pro vindicta originarij peccati multo nunc esse debiliora humana
 temperamēta, sensus, facultates, et virtutes. Perseuerarunt quidem naturalia integra post peccatum quoad
 essentialia corporis verum quoad prædicta multo sunt debiliora, et imperfectiora, sicut temperamentum,
 et sensus, et motus hominis senis differt ab ijs quibus præditus erat in iuuetute. Si hic syllogismus est verus
 constant integra originalis iustitia Deiparæ, et filij; partus illibatus sine sordibus Mariæ: eius præsentatio,
 et commemoratio in sanctis sanctorum; publica vox de tunicâ inconfutibili Christi; et plura huius generis; præ-
 sertim cognitio vtriusque à phantasmate pendens ex ipso momento conceptionis.

48 Anno 1627. prodijt apologia Hispana sub nomine Antonij Monroy, sic traetans de autoritate quorundam
 Doctorum, vt arcanè probet contra eos non posse definiri opinionem negatiuam.

49 Anno 1628. Casarugustæ similis alius euulgatur libellus in octauo.


50 Anno 1629. Tutores quidam affirmatiuæ sententiæ in margine Aponte super 1. Sapientiæ pag. 46. acer-
 bilissima verba supposuerunt contra tutorem quemdam negatiuæ in scio, et inuito authore commentarij, qui
 digressione secunda, ex Suario, Vasquio, Aegidio, et alijs latè probat negatiuam partem posse definiri.

51 Anno 1630. Grabrina tom. 3. Cathol. præscript. p. 1. pag. 13. et 17. scitatus Canum, ait hanc controuer-
 siam, vtpotè de rebus ad fidem non pertinentibus in neutram partem posse definiri. Pag. 263. ait esse pericul-
 osum etiam dubitandè negare Christo, et Mariæ nimium humorem infantie, male limatam carnem,
 spurcum pituitosum, et alia quadam ab Scholasticis negata pro statu innocentie. A pag. 265. vsque ad 395.
 sparsum, interdum explicitè, interdum implicitè contendit euertere fundem entia, quibus statuitur definiri
 posse sententiam negatiuam, de qua ait Valentia 3. p. disp. 2. q. 27. cum alijs esse totius Ecclesiæ sensum in
 quadam saltem potentia proxima, atque idcirco proximè definibilem.

52 In rebus Theologicis nouitas vitanda, vt firmat Radulphus libro de canonum obseruatiâ prop. 6. tom. 1.
 6. biblioth. at licet nouas voces inuenire ijs conditionibus seruatis, quas assignat Ruiz disp. 21. de Trinit.
 sect. 3. probans hanc nouitatem esse necessariam virtutem Theologorum. Latissimè in vniuersum id suadet
 Muretus lib. 15. variarum lectionum cap. 1. Id circo quod scripturæ æterno Patri, & concipere, & parturire,
 & vtero gestare tribuunt, nonnulli Matripatrem illum nominarunt; non matrem, nam hæc vox seorsum sumpta
 ipsi non conuenit, vt probat August. 15. de Trinit. cap. 27. & 3. contra Maximinum cap. 14. & Ricardus
 6. de Trinit. cap. 4. 5. Similiter licet Maria dici nequeat pater Iesu, verum, vt aiunt Sherloquius anteloquio
 5. sect. 2. & Bæca non semel, appellatur Matripater. Ideò non legitimè infert Palacios in 3. dist. 4. si Maria
 habuisset integram vim actiuam diuinitus communicatam esset Pater: licuisset ei inferre esset Matripater.
 Quod Albertus in summa tract. 13. q. 80. modum assignat quo Adam principium Euz esse potuerit, non so-
 lum vt Pater, sed etiam vt mater, difficilius intellectu est quam fœminam esse Matripatrem sui fœtus. Prop-
 terea Grabrina in deposito pag. 456. contra Matripatrium nihil probat.

53 Qui Ieremiam cum Paraphrasi Chaldaica vxoratum faciunt; qui illum credunt patrem Ezechielis Pro-
 phetæ; simili probabilitate tribuent Mariæ parentibus sanctificationem in vtero, ne Mariæ desit præroga-
 tina filiorum Ieremiæ. Si lectio S. Ephren sermone de Transfiguratione, quam sequitur, & allegat Cartha.
 lib. 4. homil. 3. Corn. in 1. Ierem. docens Moysen sanctificatum in vtero, verier est, simile occurrit argumen-
 tum. Nouiores editiones non Moysi, sed Ieremiæ id priuilegium detulerunt. Chronica sancti Benedicti eam
 dem sanctificationem in vtero ipsi tribuunt. Alij Iacob, cum Ambros. & August. apud Pereir. Genes. 2. 5.
 alij Sansoni apud Abul. Iudic. 13. quæst. 17. Alij Nicolao, & Deminico apud Antoninum 3. sum. tit. 18. cap.
 5. alij apud Corn. supra, alijs.

*Numerus 48. 49. 50. 51. continet relationem quorundam librorum qui
 continet horissimi sunt contra Patrem Pozam.
 Numerus 52. de Matripatrio pro lib. 2. tractatu. 5.
 Numerus 53. pro tractatu 2. libri secundi*



POSTULATA

Vpprius... in... modis... per hanc...

I... gratia... ut... in... et...

conclusiones... Matriti loco, anno...
diebus supra relatis, Doctor Mattheus...
Escobar in perillustri, Tolerana...
Primarius Medicinæ Regens,
& Sanctæ Inquisitionis
Medicus prior.



Propositiones

1

5



55



CAJA
2-8